

Hermann Schuckmann

## **Eulogoi Logos! Melet Christologik**

Rostochi[i]: Richelius, 1658


**<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn740016040>**

Druck Freier  Zugang



RU. Med. 1658

Hermann Schückmann <sup>16</sup>  
Verf.: Hartmann Wöring



ΕΥΛΟΓΟΙ ΛΟΓΟΣ!  
ΜΕΛΕΤΗ ΧΡΙ-  
ΣΤΟΛΟΓΙΚΗ

Concepta,

&

*Authoritate*

Venerandæ Facultatis Theologicæ

PRÆSIDE

VIRO

*Plurimum Reverendo, Amplissimo, Excellentissimo*

DN. HERMANNO SCHUCK-  
MANNO.

S. S. Theolog. Doct. & Prof. Publ. celebratis-  
simo, ac Consistorii Ducalis Ecclesiastici Adessore  
conscientioso, gravissimo, Præceptore & Mœcenate  
suo eâ, quâ par est, reverentiâ & pie-  
tate observando,

*Docto Theologorum Examini publico*

*in Auditorio Majori*

Die 6. Novembr.

*reverenter subjecta*

ab


HARTMANNO *Möring/*

ROSTOCHIENSI.

☉:(o):(s)

ROSTOCHI

*Typis Johannis Richelii, Senatûs Typogr. 1658.*



*VIR Amplissime, Consultiſſime, Spectatiſſime*  
**DN. ANDREA SCHMALBACH,**

Pater patriæ conſcripte prudentiſſime,  
Judicii tam ſuperioris, quam inferioris, Adſeſſor graviſſime,  
Ordinum Provinciæ Megapolenſis Secretarie digniſſime,  
Tutor ac Mœcenas filiali amore, obſeqviali honore, cantabili ore,  
inculpabili more, amabili corde, laudabili re ſuſpiciende, venerande.  
**S**ingulare ſanè & præclarum beneficiorum genus Ampliſſima Tua Digni-  
ſtas Tutor mei, meorumq; Cuyator, mihi præſtitit in ſuſceptione Sparta  
Tutoria, muneris moleſtioris, egregie ornate; Singulare & memorandum  
benevoli animi documentum veneranda Tua Amplitudo in me edit non ſub-  
terfugiendo laborem, pro nullo conſanguinitatis vinculo conjuncto, nullâ  
affinitatis ſpecie devincto, & vix notitiâ cognito hominè tot annos duran-  
tem, prementem, præclarum & ter geminis laudibus extolliendum munifi-  
centia Tua teſtimonium declaras, non tantum in navanda ſedulò pro re  
meâ operâ, verum etiam, ubi mihi non ſuppetunt neceſſaria, non conte-  
mpnendam pecunia ſummam de ſuo, vel cum proprij emolumenti damno mi-  
hi mutuo das, quin imò ipſam cibum & potum ſine ullâ detractione libe-  
ralis ſubminiſtras. Et què, quaſo, omnes tuorum in me meritorum ſpecies  
enumerare valeam! innumera illa ſunt, me totum tibi devinciunt, & ad of-  
ficiorum dudum debitorum præſtationem arctiſſimè obligant. Verum ut in-  
genue fatear, quod res eſt, facultates meæ non ſunt, impræſentiarum me  
eſſe munem. Interea loci per decem ferme Annos Tui favoris, amoris &  
laboris fructus perſentens, ne ingrati animi notam & vitium incurerem,  
de redboſtimento jam ex longo tempore cogito: At nullum hæcenus viribus  
& ingenij & opum debilibus expendere datum eſt; quapropter præſens Di-  
ſputatio Vaticinium de futuro animo grato reddet. Levidenſe quidem mu-  
nus à parte mei eſt, quod offero, à parte rei tamen arduum, Articulum pro-  
fundiſſima indaginis de unico Salutis noſtræ fundamento JESU CHRISTO  
exhibens, ſed olim, ubi p̄o Jovis majora præſtare valebit, plura per DEUM  
daturus; Cui Numini A. T. D. incolamitatem animi tuus commendo, inſi-  
mulq; ut Pater patriæ diutiſſimè vivas, Tuis, omnibusq; ad Te confugientibus  
Chriſtianè ac prudenter conſulas, meq; favore & patrocinio tuo poſt DE-  
UM unice fratrem conſuetâ & inveteratâ benignitate complecti non deſi-  
nas, incitatis etiam ſuſpiriis perpetim voveo

Tua Ampliſ. Dignit. Obſervantiſ. A U T O R.



Epitome Thesium  
cum subjunctâ euxñ.



Uo habemus Religionis nostræ  
summa puzne, a; aliterum de Sacros. Tri-  
nitate, aliterum de Incarnatione sive Uni-  
one personali duarum in uno Christo natu-  
rarum; quorum prius veteres eis Hebre-  
icis, posterius eis linguarum retulerunt;  
illud hoc effato crepuzuzw absolvitur: U-  
nus in Essentia DEUS est, Trinus in Per-  
sonis: quod speciali articulo de Trinuno

DEO enodandum relinquo: Hoc verò cum Personam tum Officium  
Filii DEI complectitur; in quæis contemplandis Mediuatio præfens  
occupabitur. Persona λόγος verò per Officium suum Propheticum  
veram salutis viam ostendat, per sacerdotale perviam reddat, per  
Regium ad Patrem ducat!

S. I.

Persona Filii DEI, præter nomina figurata typica  
merè personalia, purè officialia, à triplici suo officio, no-  
minibus, Jesus, Christus, sive Messias (Johan. 1) καὶ ἔξο-  
χλῶ inæstimabilibus insignitur. Ἰησὺς non παρὰ τὸ ἰάομαι  
sed à Ἰσραήλ, ex quo Ἰσραήλ contractum pro Ἰσραήλ juxta Matt. 1, 21.  
descendit. Unde & LXXII. τὸ Ἰσραήλ in Vet. Testam. locis  
verterunt Ἰησὺς, & Syrus hoc nomen in N. ישוע, משיח, אבנא  
Gr. χριστὸς non δὲ τὸ ἰάομαι, sed χρίω, cum fundamentum  
denominationis sit unctio uncti immensâ plenitudine Spiritus S.

prout Reges, Prophetæ, & Sacerdotes V. T. externo corporeo oleo  
in præfigurationem ungenti Christi perfundebantur.

§. II. Nomina hæc Ἰσθρικῶς, essentiam λόγος adumbrant,  
nempe duas naturas unâ ἕνωσιν determinatas esse, cum huma-  
nitas Christi à Deitate non extra personam, sed ἐν ὑφιστάσει  
in ipso conceptionis momento ad officium suum uncta sit; nec  
Jesús per alterutram naturam, solam divinam impassibilem, solam  
humanam tantæ moli imparem, salvare potuerit; Reconciliator  
insuper de utriusque partis litigantis naturâ participare debuerit.

§. III. Hunc Jesum generis humani διακρίματα S. Literæ ve-  
rum DEUM revelant, tum καὶ ῥητὸν Joh. 20, 28. Rom. 9, 5. Tit. 2, 13.  
1. Joh. 5, 20. tum καὶ ἀνάλυσιν totius contextus Joh. 1, 1. 14. (ubi  
λόγος designat Personam, etsi Chaldæis Verbum de DEO usurpa-  
tum pro omni, quod DEO intimum est, supponat) Actor. 20, 28.  
1. Cor. 2, 8. c. 8, 6. Gal. 4, 4. 1. Tim. 3, 16. 1. Joh. 3, 16. Hebr. 2, 14. 16.  
cap. 3, 3. Denique καὶ ἀρχαῖς θέντα, ceu per cæteras classes osten-  
dendum; quarum I. est eorum locorum, quæ ad Filium DEI incarna-  
tum in N. T. applicant indeterminatè de ἡ in V. prædicata, 1. Co-  
rinth. 10, 9. coll. cum Num. 21, 5. 6. 7. it. Hebr. 1, 6. 8. 9. 13. coll. cum  
Psal. 97, 7. conf. Psal. 45, 7. 8. & Psal. 110, 1. it. Eph. 4, 7. 8. coll. cum  
Psal. 68. v. præ reliquis 19. it. Joh. 12, 40. 41. coll. Ef. 6, 1. 3. 5. 8. 9. 10.  
it. Matth. 3, 3: (cum quo omnes Evangelistæ consonant Marc. 1, 3.  
Luc: 3, 4. Joh. 1, 23.) coll. Esa. 40, 3. II. Fundatur in iis locis, quæ  
Christum Filium DEI, Filium unigenitum, Filium proprium pro-  
clamant Joh. 1, 14. 18. Rom. 8, 32. 1. Joh. 5, 20. (Phil. 2, 6. Col. 2, 9.)  
III. Nititur iis Scripturæ testimoniis, quæ Filio DEI ἰδιώματα DEI  
tribuunt Prov. 8, 22. Mich. 5, 2. 1. Cor. 4, 5. Joh. 1, 1. c. 5, 21. Col. 1, 16.  
17. c. 2, 3. 1. Joh. 1, 1. Hebr. 1, 2. 3. Apoc. 1, 11. IV. Constituitur ex  
illis, quæ Filio DEI cultum divinum adscribunt Joh. 5, 22. 23. Hebr.  
1. v. 6. coll. cum Psal. 97, 7. cujus argumenti robur situm est in Esa.  
42. v. 8. V. Ordinatur ex illis dictis, quæ nos in nomen Christi ba-  
ptizari jubent Matth. 28, 18. Quo argumento Athanasius jam suo  
tempore, anno 340. Arianos oppugnavit.

§. IV. Eundem & verum hominem demonstrat Scriptura ex  
incarna-

incarnatione ejus Hebr. 2, 14 Gal. 4, 4. per nomina ab humanitate  
ipſius denominata. 1. Tim. 3, 16. Matth. 1, 1. 16. 21. 23. 25. c. 8, 21. Luc. 23.  
v. 47. Johan. 3, 13. Gal. 3, 16. it. Corpus & animam ipſi adſcribentia  
Joh. 1, 14. 1. Tim. 3, 16. Hebr. 2, 13. Quorſum tota ejus genealogia,  
Circumciſio, baptiſmalis, paſſionalis, & paſchalis hiſtoria refera-  
tur. Matth. 26, 38. Luc. 2, 40. 52. c. 4, 4. c. 23, 46. &c.

§. V. Quæ quàm claris etiam Scripturæ testimoniis incul-  
centur, hæreticorum tamen injurias jam ante Chriſti incarnatio-  
nem, circa eam, & adhuc hodiè experiuntur. Judæi verum Mes-  
ſiam, quem Jeſum Nazarenum eſſe pernegant, merum hominem  
futurum credunt. Ita Divinitatem ejus impugnarunt Ebion &  
Cerinthus, contra quos Johannes Evangelium ſuum conſcripſit  
Hieron. ſec. 4ti Di in ſin. tom. 3. l. de Script. Eccl. c. 9. ex Irenæo  
l. 1. 20. & l. 3. 3. Lapſo ſeculo primo Carpocrates ſectæ Gnoſticæ  
Autor eodem errore orbem infeſcit Iren. l. 1. c. 24. Quem vergen-  
te ſeculo ſecundo Artemon, à quo Alogiani ſ. ἀλογοὶ & ἀλόγιοι  
ſuum errorem didicerunt, & Theodotus Byzantius ſecuti ſunt.  
Tertull. de præſcript. c. 53. Epiph. hæ. 54. Poſt hos Hermogenes  
circa annum 213. Divinitatis Chriſti hoſtis unam tantum Deitatis  
Perſonam profeſſus eſt. Tertull. l. contra Hermog. Cujus veſtigia  
preſſit Berillus, docens Chriſtum, antequam homo fieret, perſona-  
liter non ſubſtituiſſe. Euseb. l. 3. de hiſt. Eccl. c. 33. Et Origenes in a qua-  
litate divinarum perſonarum inter erronea bene multa anno 221.  
credidit. Epiph. hæ. 64. Hieron. ad Avitum & Pammach. de er-  
ror. Orig. & quinta Syn. gener. Circa medium ſeculi tertii No-  
tus, & diſcip. Sabellius docuerunt unam tantum in divinis eſſe  
perſonam ſub triplici Schemate, ſive nomine. Epiph. hæ. 57. Quo-  
rum via inſtitit Paulus Samoſatenus anno 269. Epiph. hæ. 6. 1. Au-  
guſtin. hæ. 44. & Euseb. l. 7. c. 27. & 30. Paulus Samoſatenus, in-  
quit, Chriſtum *ὡς κενὸν τὸ φῶς ἐν ἀρχῇ ἦν ἰσοῦς αὐτῷ* Nec vi-  
am horum deſeruit Arius Presbyter Alexandrinus anno 314. Cui  
adhuc vivo adſtipulatus eſt Photinus Episcopus Sirmiſienſis à Præ-  
ceptore Marcello ita doctus, craſſius multò ſentiens, quàm alter  
ille, Epiph. hæ. 69. & 71. Auguſt. hæ. 49. Theod. l. 4. de fab. hæ.  
Hinc ob eam coloratiorem ſec. ſeptimo demum planè extinctam



vigere non potuit, sed intra 50. annos planè exspiravit, & ultra mille annos sepulta à Michaële Serveto, proh dolor! seculi superioris anno 30. in cultum reducta. Cochl. Script. Pontif. de actis Luch. anni 1532. Surius in hist. ejusdem anni, & Card. Hosius l. 1. de hæres. nostri temporis. Aëtius & discipulus ejus Eunomius anno 361. idem dogma hæreticum foverunt. Basilius l. 1. & 2. in Eunomium. August. hæ. 54. Nec Apollinarius Laodicensis anno 379. salubriorem sententiam propagavit; Epiph. hæ. 77. Socrat. l. 2. cap. ult. August. hæ. 55. Sec. quinto Eutiches unam tantùm naturam ut unam Personam Christo attribuit Evagr. l. 1. c. 9. l. 2. c. 4. Seculo sexto Agnoitæ Autore Themistio blasphemam hanc sententiam arripuerunt, Joh. Damasc. l. de hæres. Liberat. in brev. cap. 19. Qvam seculo septimo Monothetæ à Patriarchâ Jacobitarum anno 630. rectius traditam sub quæstione *ἑὸς ἢ ἑτεροῦς* contra Chalcedonensis Synodi decretum latè disseminarunt. Circa annum 768. Felix Urgelitanus & Elipandus Episcopus Toletanus, Christum venditarunt Filium DEI adoptivum. Adonis Chron. cui non absimilis est absurda Abailardi & Arnoldi Brixienensis opinio, qui tempore s. Bernardi anno 1130. Personam Filii DEI Personâ Patris minorem esse statuebant. Bern. Epil. 190. (qui tamen postea resipuerunt. Petr. Clun. l. 5. epist. 3. 20.) Almaricus anno 1209. essentialem Patris & Filii differentiam statuminare annisus est. Joh. de Turrecr. l. 4. Sum. part. 2. c. 35. Vinc. in spec. Histor. l. 99. c. 107. Hermannus Rischwich anno 1471. non solùm de divinitate Christi scrupulum movit, sed &, quod dictum maxime horrendum, Christum stultum fuisse asserere non erubuit, Bern. Lützem. in Cat. hæ. Qvam blasphemiam David Georgius impietate detestabiliori auxit. Sur. in hist. anni 1555. Post hunc Valentius Gentilis Arianismum renovare cœpit anno 1588. Denique Franciscus Davidis, Faustus Socinus, Servetus, Blandrata &c. Samosatensis & Eubionitis adstipulantes docuerunt Christum esse merum hominem, & cum Spiritu S. constituere saltem virtutes Patris Anno 1612. Belarm. l. 1. de Christo c. 1. & 2. in controversiis. Qvos hodiè plerique Ministri Transilvani sequuntur &c. At verò, quis hos tantoperè admirabitur, cum doctrina de divinitate Filii à sensibus remotior  
sit;

fit; quàm negantes humanitatem ejus, quæ in oculos incurrit,  
quorum etiam longus ordo numerari potest: Apostolis adhuc su-  
perstitibus falsa dogmata hæreticos de humanitate Christi fovisse  
ext. Joh. 4. l. 2. apparet, Hujus Sectæ Sectatores generali nomine  
*δοκίται* nominantur, quod plerique passionem & mortem Christi  
*καὶ δοκίται καὶ Παύλας* contigisse non vereantur contendere,  
sub diversis licet opinionibus; Alii Christo non verum & reale  
corpus, sed phantasticum, & in speciem ita adumbratum tribue-  
runt, in quibus est Simon Magus primus Hæresiarcha, de quo Act.  
8. vid. Iren: l. 1. c. 21. 22. Nec degenerarunt degeneres familiæ à  
Præceptore maximè venenato discipuli Menander, Saturninus,  
Basilides, qui anno reparatæ salutis 71. loco Christi Simonem Cy-  
renaum passum esse delirarunt. Iren. l. c. Epiph. har. 24. Theod. 1.  
de fab. har. Tertull. 1. de Præscript. c. 46: His succenturiatur Cer-  
do, & discipulus Marcion Ponticus, Polycarpo primogenitus Sa-  
tanæ dictus; quam hæresin extinctam Manes anno 273. renova-  
vit Epiph. har. 66. August. har. 46. Alii Christo corpus tribue-  
runt sidereum nostris minimè *ὀψέσταιν*. Hanc hæresin fingendo  
excogitavit Valentinus, cujus sententia legatur apud Tertull. de  
præscript. c. 29. & August. har. 11. Eandem sententiam assumpsit  
postmodum Apelles, non quidem corpus cœleste, tamen immedi-  
atè ex elementis compositum Christo vendicans. Tertull. l. c. The-  
od. 1. de fab. hæret. Aug. har. 23. Alii deinde Christo verum cor-  
pus non detraxerunt, sed animâ rationali illud præditum nega-  
runt, sentiente & vegetante concessâ, quorum antesignanus est  
Arius Theod. l. 4. Idem fovit Apollinaris Laodicenus, à quo A-  
pollinaristæ & Apollinaristæ Marcionitici, cum primùm in hæ-  
resin laberetur. Epiph. har. 77. August. har. 55. Hunc exceperunt  
Dimetrîtæ s. duplæres, post quos Petrus Johannis anno 1190. do-  
cuit, animam rationalem non esse formam corporis humani, &  
proinde Christum bene potuisse hujus vice operationes Deitatis  
admittere. Gvid. Carm. & Lutz. in Cat. hæres. Denique Valen-  
tinus Gentilis circa annum 1592. Arianismum iterum sopitum re-  
duxit; ut raceam Aphotocetarum (quorum Sectæ Manichæus  
autem extitit, quæ Justinianus suo tempore, etsi in simplicitate &  
sincero

Sincero amore Christi, secutus est. Evagr. l. 4. in fin.) Ubiquistarum,  
& Anabaptistarum, & aliorum hæreses DEI verbum directè impu-  
gnantes; Cum enim autoritate Conciliorum œcumenicorum, &  
pondere Verborum Spiritûs solidè refutati sint, absurdissimas  
omnium sententias hîc longius referre nil attinet.

§. VI. His ita interjectis; ex superioribus patet, λόγος esse &  
DEUM & Hominem, cum Deitas humanitatis speciem assumpse-  
rit, quæ assumptio Hilario in prol. super Psalm. dicitur corporatio;  
August. epist. 3. ad Volus. mixtura admirabilis. Damasc. l. 3. c. 6.  
& l. i. c. 13. Inhumanatio; alibi ἐσάρκωσις, Athanasio Orat. de  
Deipara Hieron. in c. 1. Marc. Incarnatio: quæ postrema vox in  
Ecclesia ad analogiam loci Joh. 1, 14. usitatissima est, plus signi-  
ficans, quàm exprimens.

§. VII. Causa efficiens incarnationis Filii DEI est tota Sacros.  
Trinitas, cujus singularum personarum peculiare actiones ex Jo-  
han. 1, 14. 16. 17. c. 10, 36. Luc. 1, 31. Gal. 4, 4. Hebr. 2, 14. &c. erui pos-  
sunt. Non autem inde, quod incarnatio ratione causæ opus ad  
extra est, Pater & Spiritus incarnati sunt, cum ratione effectus non  
sit tale; nec Spiritus Pater Christi secundum carnem propter ob-  
umbrationem Virginis, præparationem & sanctificationem femi-  
nis, inunctionem carnis infinitâ donorum effusione, unionem  
divinæ & humanæ naturæ existit; cum his omnibus carni Christi  
nondum essentiam communicârit; nec Homo Jesus Patrem ia  
terris agnoscat.

§. VIII. Quod autem Filius DEI incarnatus sit, non alia Persona  
εὐδοκία ἡ βελῆ θεῶ σφοδρῶ adscribentes veneramus, interim  
ἡ πρέμν cum Patribus, Justino & Irenæo sec. secundi, Athanasio  
sec. quarti, Augustino sec. quinti, Damasceno sec. octavi, &c. me-  
ditantes. I. Generatio æterna & temporalis in una persona erat  
conjungenda, ne alius nomine Filii in tempore insigniretur, quàm  
qui ab æterno venerabilem Filii titulum possederat. Conf. pro hæc  
ratione Mich. 5, 2. II. Imago DEI amissa in hominibus reparari  
debebat per essentialem DEI imaginem, quæ Filius, Col. 1, 15. III.  
Per Filium adoptandi eramus Filii. Dilexit nos in dilecto. Col. 1, 19.  
IV. In

IV. In quo creati eramus non mortales, per eundem morti obnoxii immortalitas restituenda fuit. Colofs. 1, 14. 16. 17. 18.

§. IX. Parum autem interest hic quærerere, nunc sola Persona sine divinâ naturâ sit incarnata, cum Persona sine natura non existat, sed eam essentialiter complectatur; quæ causa, quod Scriptura indiscriminatim tum de persona, tum de concreto naturæ locutionem instituit. Joh. 1, 14. Gal. 4, 4. Colofs. 2, 9. 1. Tim. 3, 16.

§. X. Hæc DEI Incarnatio necessaria fuit, non quidem ἀπλῶς, cum à priori nec ipsa imaginis divinæ restauratio in homine necessitatem involverit, sed ἐπιθετικῶς; quia DEUS hominem in gratiam recipere decreverat, illasâ justiciâ misericordiam ipsi communicare non poterat, nisi intuitu λόγου à Θεῷ ὁρώμενον interponendi & præstandi; etsi Athan. Serm. 3. contra Arian. Greg. Nazianz. orat. 2. in Pasch. August. 1. 3. de Trin. cap. 10. 1. de agone Christi c. 11. & alii contrarium statuunt. Demonstratur autem ille finis Hebr. 2, 9. 10. 14. 15. Matth. 20, 28. 1. Joh. 3, 20.

§. XI. Definitionem ejus trado; quod sit conceptæ carnis, quæ ex semine Virginis in utero Virginis efformatore Spiritu Sancto in plenitudine temporis coaluit, in ὑπόστασιν Filii DEI assumptio. Luc. 1, 34. 35. conf. Gen. 3, 15. & Luc. 1, 31. 32.

§. XII. De conceptionis momento non sumus solliciti, Pontificiis interim illud determinantibus opposentes Luc. 1, 38. Modum autem fuisse instantaneum, & quâ corpus, & quâ animam ex Hebr. 2, 14. contra Scholasticos asserimus, & Christum genitum esse apertâ Matris vulvâ ex Luc. 2, 7. 23. colligimus; cum sic Virginitas Matris sit propugnanda, ne negetur Maternitas Virginis; nec temerè miraculum effingendum, quod hoc negando fieret.

§. XIII. Natus ille Immanuel, jam inde ab ipso conceptionis instanti nobis perpetuò ὁμοῦστος est, cum naturam humanam semel assumptam nunquam deposuerit; etsi ad breve mortis tempus unio animæ & corporis naturalis soluta fuerit; persistit tamen cum λόγῳ, vel in ipso mortis statu personalis; & cum resuscitaretur, anima rationalis corpus idem numero, quod crucifixum

B

& sepul-

& sepultum eras, rursus informare cœpit, sublevandum post interjectos 40. dies, adspicientibus discipulis, in cœlum.

§. XIV. Quamobrem etsi propositiones: Christus secundum humanam naturam est DEUS, Christus in quantum est homo est DEUS *εἷς ὁ θεός* statuam (licet Christus Homo sit DEUS) illam tamen: Christus secundum humanam naturam est creatura, quam Patres multi ex Ecclesia eliminârunt, non continere quicquam absurdum sentio, ut nec illam sano sensu expositam, quam Bellarm. 3. de Christo c. 1. Nestorianismi incusat: DEUS adsumsit Hominem: si per concretum naturæ Homo non Persona hominis, sed natura humana unita cum divina in unam personam veniat, & sic æquipoletat huic: *λογος* assumpsit humanitatem, h. e. omnem perfectionem hominis: cui nihil derogat, quod humana natura sit *ἑνωμένη* quæ subsistentiam propriam, cum *ἰσότης* Filii DEI infinita cœnentissimus & perfectissimus subsistentiæ gradus sit. Ceterum *ἑνωμένη* eam esse confirmatur ex eo, quod Scriptura Christum unum appellat, 1. Tim. 2, 5. 1. Corinth. 8, 6. & promiscue eum nunc DEUM, nunc Hominem nominat Joh. 20, 31. Rom. 1, 3, 4. Diversæ enim Personæ, ut incommunicabiles, de se invicem prædicari in casu recto nequeunt.

§. XV. Identitas illa *ἰσότης* oritur ex unione personali, quæ est duarum naturarum in Christo indissolubilis & ineffabilis conjunctio, per quam & Nestorianismus, Personæ divulsio, & Eutichianismus, naturarum confusio corrui, quod ut plenius percipiatur, *ἐν δύο φύσει ἀσπύτως, ἀσθένως, ἀδιαιρέτως, ἀχωρίως* unum & eundem Jesum Christum Filium & Dominum unigenitum profitetur Concilium Chalcedonense. Quæ ipsa Confessio Scripturæ præsidis munitur robustissimis 1. Tim. 3, 16. & c. conf. Symb. Athan. Potest & huic mysterio explicando adhiberi analogia naturalis animæ & corporis unionis, quamvis hæc non per omnia cum personali *ἑνωμένη* conveniat; Sicut & ab ea valde discrepant accidentaliter, subjectivè, integraliter, adstanter, gratiosè, sacramentaliter, & quæ aliquibus *κατ' ἑστίαν* dicitur, unita.

§. XVI. Ex

§. XVI. Ex his conficitur, duas naturas in Christo post unionem unitas substituisse, quæ unio *ὕψιστον* excludit, quam etsi nonnulli veterum, dissentientibus tamen semper aliis, asseruerint, non tamen vocem in rigore pro alteratione, permissione, & depositis proprietatibus propriis in tertium aliquod coalitione; sed intimâ & arctissimâ naturæ divinæ & humanæ communionem, modernis cum D. Sanctissimo, Venerabili Bedæ æquali, Damasceno *ἡ ἐκχώρησις*, à quâ Caro Christi juxta Coloss. 2, 9. *θεοθεσία* appellatur, dicta; *ἀρτέτης* non admittit conversionem naturæ in naturam; *ἀδιασπέρως* omnem separationem respuit; *ἀχωρίτως* existentiam utriusque naturæ singularem tollit, inseparabiliter utramque conjungens; quod alii per unionem *ἀδιασπέρως*, & *ἀωάλασπέρως* se habentem innuunt; unde unionem naturali licet finitâ ipsa unio *ἡ ὑπόστασις* ne quidem in triduo mortis, ubi naturalia & essentialia humanitatis separata, dissoluta fuit: Utraque enim pars per violentam mortem sejuncta ac divulsa realissimâ unionem in *ὑποστάσει* Filii DEI connexa substituit, utpote propriâ substantiâ non gaudens.

§. XVII. An autem unio hæc personalis essentialis, num verò accidentaliter dici debeat, Autores in sententiarum divortia abeunt; Licet multos reperire, qui eam per se dicunt; alios invenire, qui eam per accidens esse asserunt. Nos ad neutram horum speciem commodè referri posse autumamus. Nam si rempenitus consideres, essentialis dici non potest, cum ea sit inter naturam quamlibet & propriam ejus substantiam; Hæc inter naturam divinam & humanam in unum suppositum. Non accidentaliter, utpote ejus omnes modi imperfectionem important, cujus illa experta est. Non interim diffitemur ad unionem per accidens hujus naturam propius accedere, cum definitio ejus huic aliqualiter competat, summo tamen nimirum unionis dissolutione, & omni terminorum imperfectione, constitutoque novo hujus unionis modo; qui labor effugi potest, si simpliciter eam pronunciemus unionem personalem, quâ realiter divinitas in humanitate, & hæc in illâ; quamvis & hæc hæreticorum aculeos lethaliter pungentes

senferit, quando Cerinthiani, Nestoriani, Gnostici, Colarbasii, Elcesaitæ, Sampſæi, ἀκρίμητοι, & alii eam jugulare annisi sunt, ut vel Christum sub duabus personis venditarent, & unitatem naturæ ejus evincerent, planè irritò contra Scripturam conatu.

§. XVIII. Unio hæc est *βάσις κοινωνίας ὑποστάσεως Φύσεων καὶ ἰδιωμάτων*: Unde differentia unionis & communicationis luculenter elucet. Unio respicit duo extrema unibilia, ex quibus unitis unum exurgit. Communicatio complectitur duo invicem communicantia.

§. XIX. Communicatio *ὑποστάσεως καὶ λόγου* est, quæ λόγῳ *ὑπόστασιν* suam assumptæ humanitati communem fecit. conf. §. 14. Hinc clarum, *ὑπόστασιν λόγου* carni assumptæ realiter esse communicatam, non per solam sustentationem, ut Pezeel, Martyr, Philippista, Beza, non sine insigni *ὑπεροχῆ* & superstitionis absurditate statuunt: Ita enim omnia DEI opera, quæ inter & ipsi Diaboli *λόγῳ* forent personaliter unita; subsisteret caro subsistentiâ *λόγου* non communicatâ; & toti Trinitati personaliter esset unita; quæ tamen & ipsi orthodoxæ fidei repugnare concedunt.

§. XX. Communicatio naturarum quid sit, ex positu difficilius est. Quas descriptiones multi recensent per *ᾠχώρησιν* & prædicationes personales, haud quicquam differunt ab unione personali. Nos per eam intelligimus unionem unius naturæ cum altera illam, per quam ambæ in una subsistentia communicant; h. e. ut alii habent: *λόγῳ* Carnis & Sanguinis ita particeps factus est, ut etiam divinitas *καὶ λόγῳ* in verissimam Carnis & Sanguinis participationem pervenerit; item *λόγῳ* totus & divinitas tota *καὶ λόγῳ* verissimè assumptæ carni communicata est. Quæ communicatio fundatur in Hebr. 2, 14. Unde termini in casu recto significant id, quod numero idem est; quapropter etiam prædicationes personales concretim in recto prædicantur; abstracta verò minimè, cum numero diversum quid denotent.

§. XXI. Et quamvis unio illa interna sit, per ac propter quam prædica-

prædicationes personales non verbales solum, sed & reales con-  
stituantur, non tamen ausim eas nominare essentielles, verum ac-  
cidentales & inusitatas, cum essentialiter prædicari dicatur pri-  
mus & formalis subiecti conceptus; inusitate autem, quæ singula-  
rem terminorum disparatorum connexionem habent, sive per mo-  
dum termini connotativi enunciatur, sive etiam per vocabula ab-  
soluta, quorum neutrum naturam ad alterum habitudinem habet.  
Non interim omnes prædicationes personales ad classem acciden-  
tialium referimus, sed nomina personalia sive concreta personæ  
essentialibus prædicationibus inferimus. Unde constat, dupli-  
cem propositionum personalium speciem constituendam esse, ali-  
am latiore, cum concreta natura de se invicem prædicantur; ali-  
am strictiorem, concretorum personæ.

§. XXII. Communicatio Idiomatum ex communicatione  
naturarum tanquam effectus ex causa procedit; Respicit autem  
duas naturas in una hypostasi communes, & tertium aliquod, quo  
mediante unio intercedit, nempe Idiomata. Vox *idiomata* hu-  
manæ naturæ h. l. sumitur non pro omni soli & semper inherente,  
sed laxè pro proprio generico sive *æc*; & tali; item pro ipso actu,  
qui aliàs accidens, cum potentia proprii naturam exhauriat.  
Contra propria divinæ naturæ sunt talia strictè & *ns*; *in* *æc*  
dicta.

§. XXIII. Communicantur ea omnia, non, ut alii volunt,  
per solam intellectus operationem, sive prædicationem, sed reali-  
ter, quomodo propria unius naturæ alteri sunt communia, licet  
non prædicentur talia; imò & quædam prædicari nequeant, ut  
hypostasis de divina natura. Et est triplex genus; Quamquam Pa-  
tres primitivæ Ecclesiæ, imò ipse Lutherus & alii secundum Do-  
ctorum celeberrimorum monitum, non nisi unum agnoverint,  
quo proprietates utriusque naturæ tribuuntur toti personæ in con-  
creto; tamen post obitum Luminis hujus desiderati contra Zwin-  
gianos Majestatem Carnis Christi impugnantes à Dd. Brentio &  
Jacobò Andrea in tres classes dispesci cœpit, ceu cum veteribus in-  
re uniformiter consentientibus. Conf. Heshus. disp. de comm.



Idiom. & B Chemnitium. Nec à nobis diversi abeunt, qui 4. genera agnoscunt, cum unum in duo tantum dispecant.

§. XXIV. Neque de ordine generum movemus litem; alii hoc illi, alii aliud præponant. Nos communicationem Majestatis prius explicamus quàm operationum, quia nulla harum esset communio, nisi & illa communicata.

§. XXV. Communicatio primi generis, *ιδιο* - sive *μεταμια*, *ανιδωσις*, *ρεωπι* & *ανιδωσις*, & in sensu orthodoxo *αλλοιωσις*, item variante respectu *συαμφορεσις* vel *εκατερωσις* dicitur, quàm communicant ambæ naturæ in concreto, h. e. propria unius naturæ tribuuntur personæ in concreto: Multæ enim propositiones de Christo veræ sunt in concreto, quæ falsissimæ in abstracto. Quo ipso improbamus sententiam illorum, qui hoc genus per meram prædicationem, quàm solâ proprietates alterius naturæ toti personæ propter personæ identitatem tribuantur in concreto: Communicatio enim & prædicatio ut prius ac posterius distingvenda pro uno stare nequeunt. Nam quia DEUS est verus Homo, ideò DEO revera competunt, & etiam prædicantur de DEO, omnia, quæ humanæ naturæ sunt propria. Et ita vice versâ de Homine, qui est verus DEUS.

§. XXVI. Hujusmodi prædicationes ex N. T. colliguntur trifariam; vel enim proprietates humanæ naturæ prædicantur de divinæ naturæ concreto i. Cor. 2, 8. Act. 20, 28. Rom. 5, 6. c. 8, 34. Gal. 4. vel proprietates divinæ naturæ prædicantur de humanæ naturæ concreto, Joh. 6, 62. i. Cor. 15. vel deniqve proprietates alterutrius naturæ prædicantur de concreto personæ Luc. 18, 31. 32. 33. Rom. 6. Hebr. 13. i. Petr. 3. Prædicationes autem hæ qualiter comparatæ sint inter Theologos non usquequaqve convenit. Philippus nec verbales, nec reales dici debere autumat, cum termini hi sint nova verborum portenta, & divinitas neque verbaliter neque realiter crucifixa sit; sed sufficientem enunciationum enumerationem esse statuit, si in veras & falsas dividantur. Ad verbalem tamen magis inclinât part. i. exam. Theol. D. Pezel. l. Th. art. de Incarn. Fil. DEI p. m. 325. 326. Zwinglius per *αλλοιωσις*, quàm aliud loco subjecti stat, de alio prædicatum intelligendum sit, has prædicationes

cationes impiè expressit. Statuunt contra plerique orthodoxi esse eas reales, per quas res enunciatur, sicuti est; quorum sententiæ subscribo, realitatemq; harum prædicationum per veritatem sensus illarum probo, quod semper copula significet identitatem prædicati cum subjecto numericam, quæ non latius extendenda est, quàm ad id, quod terminis istis vi significationis suæ in casu recto respondet: ubi interim non negligenda distinctio subjecti idiomatum per se talis, & κατ' ἄλλο talis; ad quam melius percipiendam plurimi prædicationes alias formales, alias κατ' ἄλλο appellant. Nec minori attentione observandum discrimen inter subjectum QVOD & QVO, ex quo clarum, subjectum QVO non esse aliud quod separatum à DEO, sed personaliter conjunctum, quo ipso omnis ἀλλοίωσις Zwingliana evanescit: Quicumque enim passus est in propria carne ille revera est passus, licet præter carnem habeat aliam naturam, in qua non sit passus. Subsumptio de Christo nititur unione personali.

§. XXVII. Est autem hæc adhibenda cautio, ne prædicationes formales, & eæ, quæ ob communicationem enunciantur, confundantur, cum ita Φύσιν ἑνότητα necessariò stabilienda esset. Quare non peccat, qui tollendæ ambiguitatis ergò illis nonnullam particulas ἀνεμίχης immiscet, ut subjectum QVO, adjectâ aliâ voce, expressum significet; habemus enim præeuntem Scripturam, quæ non tantum distinctivas de concreto naturæ Rom. 1, 3. c. 9, 4. 1. Cor. 13, 4. 1. Petr. 3, 18 c. 4, 1. Sed & de concreto personæ Rom. 5, 15. adhibet; licet omnes sint formales, explicationem tamen admittunt, quando per ἀντίθεσιν contradictoria de Christo enunciantur Joh. 8, 57. 58. 2. Cor. 13, 3. 4. Nec interest, à qua Christus substantia denominetur, cum inseparabiliter manente unitate personæ idem sit & totus hominis Filius propter carnem, & totus DEI Filius propter unam cum Patre Deitatem. Leo epl. 41. Ex quo sicut, non minus esse communicationem, si dicam Filius Hominis patitur, ac si pronunciem, Filius DEI patitur. Idiomatica enim prædicantur de uno Christo ab alterutra natura denominato.

§. XXVIII. Se-

§. XXVIII. Secundum communicationis idiomatum genus  
*μετάδοσις καὶ ὑπερούψωσις, μετάληψις ἢ θείας ἀξίας, δοξασίς  
καὶ μετοχή θείας ἐξουσίας* dictum, est quæ humanæ naturæ com-  
municantur attributa divina; unde ab omnibus ferè recentiori-  
bus communissime communicatio Majestatis appellatur, quia hu-  
mana Christi natura per & propter unionem personalem cum di-  
vina omnium divinorum Idiomatum particeps est. Matth. 28. Jo-  
han. 1, 14. c. 5, 27. c. 6, 51. c. 17, 1. 2. Col. 2, 3. Hebr. 1, 2. Licet omnia  
de ipsâ prædicari nequeant. Nec communicat solum Deitas per-  
sonali Filii Characterem determinata, sed, ut Nazianz. Orat. 2. de  
Theol. quod agit est una communis tribus Deitas; quæ cum  
Scriptura optimè conveniunt, Joh. 5, 19. cum trium personarum  
ut una essentia, ita & una potentia sit. Conf. Athan. August.  
Cyrillum.

§. XXIX. Hinc verò nullatenus sequitur, propter unionem  
personalem etiam divinam naturam proprietatum humanæ natu-  
ræ esse participem factam. Unio personalis enim habet dupli-  
cem respectum, alterum inhæsitivum, alterum terminativum; com-  
municatur aliud formaliter & subjectivè, quomodo unio perso-  
nalis humanæ Christi naturæ subjectivè inhæret, aliud ut intrinse-  
cè unionem sui cum alio terminans; ita unio hæc divinam respi-  
cit factim ut terminum intrinsecum inadæquatum, qui quidem  
perfectiones subjecto communicat, sed ab hoc ille nullam vel per-  
fectionem vel imperfectionem accipit.

§. XXX. Quod autem statuimus, communionem esse ex na-  
turarum unione, intelligendum est ita in communicatione perfe-  
ctionum, quæ divina natura humanæ suas proprietates appropriat,  
ut præter terminos connotativos patiter & aliud fundamentum sit  
agnoscendum. Multi putant quasdam proprietates divinæ na-  
turæ de carne Christi prædicari non posse, quod inter illas & hanc  
intercedat repugnantia, quam quidem non intelligunt intrinse-  
cam; nam ita omnes divinæ naturæ perfectiones humanæ naturæ  
repugnant; sed extrinsecam, actum scilicet per quem omnipotentia  
divina se exerit; qui tamen actus non sufficit, ut natura dicatur  
Omnipotens, verum *κρίνωσία* insuper ipsius omnipotentis re-  
quirit.

quirit. Hinc actus purus, aeternitas, independentia Carnem Christi ne extrinsecè quidem denominant, quia illis non respondet aliqua operatio sive actus secundus; etsi talia Carni Christi mediantibus *ιδιωματα*, quorum *εἰς γεναν λογ* per assumptam humanitatem exerit, communicata sint. Ex quibus patet diversa prædicandi & denominandi ratio, inter quam & communicationem multum discriminis advertitur, ceu attentè consideranti obvium. Ne verò in tractatum exerescat meditatio, missis his palmarium illud de communicata omnipræsencia enodamimus.

§. XXXI. Omnipræsencia & Ubietas quod dicant existentiam rei cum habitudine ad spatium, in quo existit; & distingvi per id, quod illa dicat habitudinem ad omne spatium creatum, hæc verò etiam ad omne imaginarium simpliciter, controversum nobis non est; cum ita concipi possit, & à multis adhibeatur pro negatione immensitatis Carnis Christi simpliciter, nec ubietas & immensitas formaliter, sed solùm concipiendi modo differre dicuntur; nam alterum essentielle DEI attributum est, alterum in tempore demum DEO competere cœpit.

§. XXXII. His ita præmissis asserimus, neque ubietatem, neque omnipræsenciam Carni Christi essentialiter & intrinsecè competere, sed ob intrinsecam & hypostaticam unionem & communionem cum divinitate de eadem verè ac realiter prædicari posse, imò debere: Ridiculum enim foret omnipotentiam Christo tribuere, ut Calviniani tribuunt, Sohn, in Aug. Conf. p. 448. Forst. in not. ad disp. de DEO p. 215. & omnipræsenciam tollere, cum illa activitatem suam exerere & operari non possit, nisi omnipræsens & ubiqve existens. Nec juvat alios Christi carni ex Matt. 28. v. 18. & Joh. 17, 1. 2. *πάντων ἐξουσίαν ἐν οὐρανῶ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς* quidem ut actum morale attribuere, sed omnipotentiam ut actum physicum illi denegare, siquidem neutra sine altera sibi constat, & propterea in omnipræsencia æqvè illa ac hæc fundata est. Concludimus hanc immensitatem vel ex illis dictis solidè, quæ de multipræsencia tantùm agere nostrates diversa sentientes contendunt. Matth. 18, 28. c. 28, 20. solidissimè ex Ephes. 1, 22. 23. c. 4, 10. Nil ergò minus obtinent exceptione suâ, quod omnia implere per providam

vidam omnium gubernationem exponunt, quàm negationem  
omnipræsentia Christi Carnis; imò efficaci argumento, per effe-  
ctum hunc, gubernationem omnium simpliciter universalem, fun-  
damentum ejus omnipræsentiam, quâ innititur, stabiliunt. Nec  
effugiunt illa *ἐπιφάνεια*, quod Christum in concreto locutum volunt,  
à quo ad abstractum naturæ humanæ non valeat consequentia, e.g.  
ponunt illud Joh. 8. 58. Antequam Abraham erat, Ego sum: At  
quis diversitatem propositionum non animadvertat? illa forma-  
liter procedit de *λόγῳ ἀσώκῳ*, hæc nostra de *ἐπιφάνειᾳ*; quare  
telum retorquere licet, & fortissimè argumentari: Quæcunque de  
Christo incarnato in concreto dicuntur, ea & naturæ abstracto,  
non quidem grammatico, sed logico, rectissimè applicantur.

§. XXXIII. Nec contrariantur nobis loca in eumulum al-  
lata, quæ Christum hominem ut definito spatio comprehensum  
exhibent; nihil enim magis ex illis evinci potest, quàm Christum  
*ἑξ ἑσθ* plenariâ divinæ Majestatis ante ascensionem in cœlos non  
esse usum; est enim hæc in specie, in genere status exaltationis  
fundamentum & principium *ἑξ ἑσθ* communicatorum idioma-  
tum. Neque repugnat Act. 1. 11. cum de visibili Christi reditu lo-  
quatur.

§. XXXIV. Hinc ordine considerandus venit cultus religi-  
osæ adorationis Majestatem Christi concomitans, qui humanitati  
Christi Phil. 2. 9. 10. adscribitur. Adoratio illa una est pro uni-  
tate Personæ & Majestatis divinæ, divinitati naturalis, humanitati  
ex communione cum divina communis; de quâ teneatur præc.  
Syn. Ephes. can. 8. Et Oecum. 5. c. 9. Sed scrupulus hic quævis  
vellicet, quod omnes orthodoxi Christum secundum humanita-  
tem, Majestate licet donatam divinâ, minorem esse DEO Patri  
profiteantur; verùm facillè calceo eximitur; non enim minoritas  
humanitatis ad Patrem tollit cultum adorationis, cum hic illi  
præstandus sit ob dignitatem & Majestatem communicatam, etsi  
non propriam; quæ causa est, quod multi naturam divinam pri-  
marium, carnem hypostaticè illi conjunctam secundarium adora-  
tionis & cultus divini objectum nominant.

§. XXXV. Ho-

§. XXXV. Horum, ut & omnium idiomatum divinarum  
κτῆσι in ipso statim conceptionis momento, in quo unio perso-  
nalis originem suam sortita est, incepit; sed κτῆσι eorundem ple-  
naria in exaltationis gradibus se demum exeruit, non quod ante in  
carne eam non possederit, sed ad certum tempus sua sponte se iis-  
dem abdicarit Phil. 2, 6. quæ ratio, cur tempus ab incarnatione ad  
mortem tempus Exinanitionis, reliquum verò Exaltationis & Glo-  
riæ dicitur.

§. XXXVI. Illa consistit in abdicatione communicatæ Ma-  
jestatis, & assumptione formæ humilis, servilis, & abjectæ: Hæc  
contra absolvitur infirmitatum depositione, & infinitæ gloriæ as-  
sumptione, non quod illam nondum habuerit actu primo, sed,  
cen ex supra positis clarum, quod ejus usurpationem plenariè fue-  
rit ingressus, per descensum suum, cum animâ & corpore, ad infe-  
ros, resurrectionem à mortuis, & ascensionem in cœlos, quorum  
graduum interminabilis Sessio ad dexteram DEI Patris omnipo-  
tentis consummatio est.

§. XXXVII. Tertium communicationis idiomatum genus,  
quod Brochmanno tom. 1. Syst. Theol. & aliis, qui communicatio-  
nem in genere speciale genus constituunt, quartum est; & à Cal-  
vinianis Polan. & Beza Vol. 2. p. 272. à numero communicationum  
propriè dictarum eximitur, consistit in communionem officii & ope-  
rationum Christi, h. e. in concursu utriusque *Ἰαν θρωπῆ* naturæ  
ad perficienda redemptionis opera. Osiander quidem & asseclæ  
ejus operationes has Christo secundum divinam naturam insulse  
tantum attribuit, & Stancaros cum suis Sociis eas secundum hu-  
manitatem ipsi solum competere somniat; At neutra agit sine  
communicatione alterius agentis quod suum est, una non agit se  
solâ, sed tota persona agit in, cum, & per utramque naturam; Di-  
vina assumit, perficit, dat, Humana assumitur, perficitur, accipit:  
Sic effusio Sangvinis uno actu concurret cum regni diaboli destru-  
ctione; hoc demolitur divinitas, labefactante illud per Sangvi-  
nem humanitate.

§. XXXVIII. Appellantur operationes hæc, ab *ἐνεργίαις*  
ut effectis distinctæ, ob omnis perfectionis debitæ complexum

ἀποτέλεσμα, ubi unus moraliter effectus duas includit perfecti-  
onēs, quarum altera à divina, altera ab humana natura est, quam-  
obrem si alterutra earum sine alterius respectu attendatur, non  
ἀποτέλεσμα, sed ἀποτελέσματα pars dici debet. Ita cum ex-  
emplo superioris paragraphi comparatum est, quod proinde hīc  
commodè repeti potest. Principium enim Quod earundem est  
eadem Persona, licet principium Quo ob perfectionem apotele-  
smatum geminam sive ἐνεργείων communicationem sit geminum  
divina sc. & humana natura, quarum hæc illi ut causa efficiens effi-  
cienti essentialiter est subordinata.

§. XXXIX. Fundamentum hujus generis remotius rursus  
est unio personalis: sed proximum communicata Majestas, quæ,  
ut communionem personalem sequitur, ita infinitum valorem suis  
operationibus conciliat; quare cuilibet actioni à carne exercitæ  
dignitas divinæ virtutis respondet, quæ ut breviter, perspicue ta-  
men, tractentur, duplex operationum communicatio notanda  
est; vel enim natura se communicat supposito, vel altera alteri;  
illo modo omnes imperfectiones animalis hominis specificæ toti  
supposito sunt communes, cum nulla substantialis natura ad agen-  
dum vel parandum idonea sit, nisi in quantum in ultimato substi-  
stendi actu completa est; etiamsi repugnent prædicari de divina  
natura, cetera supra in genuino hujus doctrinæ loco exposuimus.

§. XL. Communicatio autem naturarum in operando, quæ  
hoc genus præcisè constituit, est, quando ἐνεργείαι θεου θεοῦ καὶ ab  
humanitate Christi perficiuntur, ut omnia divina miracula, quo-  
rum magnus numerus in N. Test. recensetur; quas operationes  
quamvis concesserim à divina natura citra cooperationem huma-  
næ potuisse patrari, nego tamen in solidum humanitatem præsti-  
tisse solum id, quod causa organica; nam naturæ humanæ com-  
municata est omnipotentia, per quam non nisi causa principalis  
operari potest. Nec infringit hoc axioma restrictio per hæc ver-  
ba, in gratiam Patrum, & modernorum multorum, quorum ta-  
men plurimi latum vocabuli significatum intendunt, concepta:  
Cui communicata est omnipotentia, ut ei intrinsecè competat,  
illa agit ut causa principalis; cujus ratio probatur ex præcisâ ra-  
tione

tionem sui influxus, non nisi per virtutem sibi intrinsicam operari causam principalem: Nam probatio hæc petit principium; neque dicitur causa efficiens principalis à virtute intrinsicâ talis, sed ab influxu & intentione directâ; neque experientia confirmatur, verum reprobatur, in cujus gratiam exempla possent poni, nisi brevitati studerem. Præterea instrumentum est principium Quo; Humanitas Christi verò est principium Quod omnium operationum divinarum, adeoque causa principalis.

§. XLI. Itaque non admitto, quod sola humana natura in abstracto sit, si non causa instrumentalis, saltem instrumentum: Instrumenta enim sunt sejuncta à principali causa, nec possunt agere, nisi elevata à principali, suntque necessaria ad edendas operationes, sunt denique passiva; quorum nullum membrum ad Christum applicari potest, ut de primis perspicuum, de postremo probatur; Habet enim unam cum Patre voluntatem h. e. voluntatem voluntati Patris in omnibus consentientem, juxta quam meram activitatem exercet, secundum potestatem ipsi in cælo & terra datam; neque largiri possum, Christum vel in eo ut causam instrumentalem se gerere, quod physicè virtute ignobiliori influat in effectum, quam ad illum producendum requiratur, ceu multi contendunt; influit enim per virtutem divinam, quæ licet humanitati essentialis non sit, est tamen communicata, & ita personæ essentialis.

§. XLII. His succedunt *δοκιμασία* sive communicatio naturarum in supposito, quibus perficiendis neutra natura sine altera sufficit; nimirum illæ operationes, quæ officium mediatorum concernunt, per quod divina agit operando, humana patiendo: cui negotio expediendo iterum ad exemplum superius adductum legentes ablego. Verum ne ut absurdum rejiciatur *παροδοξον*, passionem esse actionem & satisfactionem pro peccatis nostris, sive humanitatem patiendo agere, per clariora illud ita expono: Pati, mori, sanguinem fundere, per se non est agere; interim spontè crucem suscipere, sanguinem voluntariò fundere, animam ponere, in genere morum mera est actio & realissima activitas. Conf. ad hanc affectionem Gal. 1, 4. Ephes. 5, 2. nec *ἡ ἐνέργεια* & operatio actus



actus secundi & passionis significatum excludunt, ut Philologici tradunt. Insuper divinæ naturæ actio à passionibus humanitatis non nisi per moralem imputationem distincta concipi potest, nam hypostatica naturarum conjunctio nullam admittit realem operationum diversitatem, sed altera semper agit cum alterius communicatione, etiam si utraqve suis fungatur officiis.

§. XLIII. Actiones illæ, quæ externæ sunt, oriuntur ex eisdem actibus internis intellectûs & voluntatis; Voluntas humana semper agit cum communione divinæ, quæ miram & mirabilem operationum & passionum conformitatem, omni disgruentiâ exulante, efficit; intellectus humanus cognoscit cum communione divini per omniscientiam DEI, etsi multi scientiam hanc ad possibilitia nunquam in rem abitura extensam nolint, & eo ipso comprehensivâ cognitione DEI humanum Christi intellectum instructum esse negent. At verò controvertant illi de modo, nos eum non exprimimus de re certè humanitatem Christi per omniscientiam communicatam omnia nosse. Idem de reliquis fiat judicium.

§. XLIV. Ob communicationem instituuntur prædicationes in ea fundatæ; prædicantur autem operationes utrique naturæ convenientes de sive utriusque sive alterius naturæ concreto. Suppositum enim, ut sæpenumero jam vidimus, est principium Quod operationum, ut natura principium Quo; nec excluditur altera natura, si de alterutra saltim *διπνλίσ μίξα* enuncientur, ceu itidem Scriptura docet Act. 20, 28 Rom. 5, 10.

§. XLV. Intima illa unio, duarum naturarum in unam *ἑνώσειν* & communicatio idiomatum cum resultantibus inde prædicationibus facta sunt propter Officium Mediatoris secundum utramque naturam, humanam divinitatem, & divinam humanitatem administrandam, cum Mediatoris partibus defungi non possit, nisi & de partis læsæ, & de partis lædentis natura participet. Æstimatur autem officium Mediatorium ex fine, restauratione imaginis divinæ in homine perduto, ad quod pro triplici miseria tollenda & salute donanda tria sunt necessaria. Non habebant homines *γάσιν* DEI Eph. 4, 18. alicati erant à vitæ, quæ ex  
DEO

DEO, l. c. desituebantur viribus redeundi ad DEUM Eph. 2, 1. seqq.  
Unde triplex officii genus; Propheticum, quod cognitionem DEI  
affert Joh. 1, 18. Sacerdotale, quod ad DEUM perditos & errantes  
reducit Joh. 2, 2, 4. 10. Regium, quod vires perseverandi in pietate  
largitur. Joh. 3, 14. Universum officium Mediatorium acquirat  
salutem per Sacerdotium & communicat ut Rex per revelationem  
voluntatis DEI à Propheta detectam.

§ XLVI. Prophetici muneris natura & indoles legitur præ-  
dicta Deut. 18, 18. 19. repetiturq; Act. 7, 39. Geminus huic locus est  
Esa. 61, 1. citatus Luc. 4, 18. 19. Joh. 1, 18. 19. Quod Christus in carne  
ambulans immediatè præstitit, hodiè mediatè per ministros  
operatur Voluntatis DEI revelatione Joh. 15, 15. c 7, 16. 17. Luc 4, 18,  
doctrinæ de salute nostra ab ipso propositæ confirmatione; quæ  
faciunt signa & miracula, quæ in Ecclesia quotidie ad divinum vaticinium  
eduntur, Marc 16, 17. 20. & pro felici Prophetici muneris  
succellu precatione Matth. 11, 25.

§ XLVII. Sacerdotale fundatur. Tim. 2, 5. Hebr. 8, 6. c 9, 15.  
c. 12, 24. Qualiter geri debuerit, & gestum sit, ex voce *medius*  
qui inter duas certantes medius, sive ex pacto interventor, obscurum  
esse amplius nequit: Quod, ut facilioris perceptionis gratiâ ad  
statum iudiciorum forensium applicem, jam arbiter, nunc Inter-  
nunciator, mox Intercessor, post Sequester, tum Sacerdos, deinde  
Sponsor, tandem Diremptror, denique Satisfactor est & prome-  
rens: Id omne Christus per sacerdotale suum officium præstitit,  
ipsum Templum, Altare, Sacerdos, Sacrificium, & ut omnia verbo  
complectar, causa nostræ salutis meritoria est, dum pro nobis sa-  
tisfecit; ex cuius etiam efficacia pro nobis intercedit, nobisq; be-  
nedicit.

§ XLVIII. Satisfecit autem Christus non pro debito pro-  
prio, sed alieno, sponte se, solâ Misericordiâ & Justitiâ DEI per-  
motus, supponens insons pro fontibus, & materiale pœnæ, ma-  
lum se passionis pro mundo sustinuit sanguinem profundendo, &  
mortem subeundo, quia ipsi absoluta vitæ potestas erat Joh. 10, 11.  
ut nobis omnibus vitam redderet, quod triduanâ morte efficacissi-  
mè præstitit, cum Majestas Personæ passionibus naturæ infinitum  
valorem

valorem addiderit Eph. 1, 18. Imò Christus cum desperatione & morte æternam duraturam agonizans luctatus sit, item in cruce se derelictum clamaverit; quæ omnia superari non potuissent, nisi vicarius satisfactionis innocenti solatium & redemptionis documentum præbuisset.

§. XLIX. Nihil interim detrahit promerens illa *ἡ ἀπολογία* satisfactio ipsi misericordiam & gratiam divinam, quæ gratuito nobis peccata remisit. Quamvis enim debitum ex contractu ortum solâ solutione sine intuitu ad solventem tollatur, interim debitum subeunda poenæ ex delicto ortum personale est, nec nisi singulari, favorabili benignitate iudicis à reo in alium sponte se supponentem imputatione morali derivatur. Conf. Eph. 2, 8. Huic accedit in signe specimen intimioris gratiæ DEI, quod ipse se satisfactorem, excellenti iustitiæ & misericordiam temperamento, declarat: Iustitiæ debebat satisfieri, sed præponderabat delictum, nec nudus homo vel actionibus legaliter bonis satisfacere poterat, cum legis impletio vires humanas excedat; vel passionibus æternis læsam Majestatem expiare valebat: Si enim his DEUM sibi propitium redderet, tandem finis cruciatuum foret, quæ involvunt.

§. L. Satisfecit autem Christus pro totius generis humani peccatis 1. Joh. 2, 2. Propterea enim carnem assumpsit, ut peccata omnium ex libro iræ DEI deleteret; Quod autem non omnes virtute hujus meriti ad æternam beatitudinem perveniant, ex reiectione pacti, quod parti læsæ cum Satisfactore intercedit, provenit; sc. Satisfactionem fide salvifica apprehensam imputari.

§. LI. Munus hoc sacerdotale complectitur actus duos, materialem & formalem, mactationem & intentionem sacrificialem (vid. Plaut. in Pseud.) ille absolvitur mactatione, hic oblatione. Conf. cum Joh. 10, 12. Eph. 5, 2. quod Sacrificium semel oblatum prædicatur infiniti valoris esse. Hebr. 7, 17. c. 9, 25. 26. c. 10, 11. 14.

§. LII. Officium Christi Regiam ad comparationem summæ potestatis in Republ. est, quò regit omnia, specialiter Ecclesiam. Etsi enim & Pater, & Spiritus S. administrationem & gubernationem rerum omnium habeant Eph. 5, 5. Christus tamen præ illis dicitur

dicitur Rex, quia præter potestatem regendi suos, assumptâ naturæ humanæ conformitate & acquisitione Ecclesiæ per Sangvinem populam sibi redemit peculium.

§. LIII. Regium illud triplex est: Potentiæ, Gratiæ & Gloriæ. De illo conf. Psal. 8, 7. Matth. 28, 18. Eph. 1, 21. 22. cap. 4, 10. De isto vide Psal. 110, 2. Matth. 28, 18. 19. 20. Eph. 4, 11. & seqq. quò etiam referantur c. 1. Eph. v. 22. 23. c. 5, 23. Col. 3, 18. De hoc consule 2. Tim. 4, 8. Apoc. 21. & 22. Non quod in uno exulet ratio alterius, sed ideò quod in singulis singulares regni affectiones prævaleant & dominantur, perinde, ut officium triplex ratione formalitatis distinctum, ratione affinitatis arctissimè conjunctum est, & alternatim alterum pro altero Psal. 110. Item cum altero Johan. 18, 17. citatur.

§. LIV. Consideratur autem in regno simpliciter, ut in communicatorum Idiomatum usurpatione, *κτῆσις* diversa à *ζῆσις*: Jus cum Incarnatione simul cœpit, at per exinanitionis tempus plenario exercitio non usus est Christus. Ab ipsa verò glorificatione cum jure exercitium interminabili actu demonstrat. Typus tùm juris sine exercitio, tùm exercitii cum jure conjuncti Rex David est egregius 1. Sam. 16. 12. & seqq. 2. Sam. 3. & seqq.

§. LV. Exinanitio illa non consistit in assumptione humanitatis à Subjecto, DEO, Objecti, Hominis, in Terminum, unitatem personæ; cum humilitas mentis divinæ sit ipsa misericordia, & assumptio humanitatis opus misericordiæ. Nec in solâ *κρίσις* tam formalis perfectionis sive habituum infusorum, quàm Majestatis communicatæ, quod ex Tit. 2, 13. Col. 3, 3, 4. luculenter eruo. Sed in *κένωσις* Majestatis, & *ἀνιλήσις* formæ servilis ut Paulus disertis verbis asserit Phil. 2. v. 7. 8. Quam *φιλοθεωπία* svasit, ut redimeret homines.

§. LVI. Lubricè ergò & infeliciter hoc multi arripiunt, ac si

D,

ex hy-

ex hypostaticâ illa unione Humanitatis cum Deitate assumptâ naturâ nihil communicatum sit, quia tempore illo exinanitionis meros actus humanæ infirmitati naturales exercuerit, quare etiam post resurrectionem Exaltationis prædicata de ipso primùm instituta, & glorificatio Humanitatis de donis tantùm creatis finitis exponenda; imò nec ex unione personali humanitati dona *ἑαυτῆς* *Πουρι* accessisse, sed aliunde, ab extra, ex virtute cœli Empyreï eidem competere, cùm Unio tempore non sit posterior ipsâ incarnatione, Exaltatio verò annis triginta tribus eam denuum subsequuta sit: Nam absurditas sententiæ illius neminem sanæ mentis latere potest, cum tota plenitudo Deitatis Christum corporaliter inhabitet, nisi aliquis sessionem in cœlo Empyreico infinitis eminentiæ modis ipsi unioni hypostaticæ & plenitudini Divinitatis inhabitanti demens præferat. Nec verò Phil. 2, 7. 8. 9. 10. ablatio aliqua, vel abjectio, sive plenaria & omnimoda depositio intelligenda est, sed, quod tempore carnis Divinitas infirmitate testâ non semper eluxerit, solum innuitur: Operationes enim à fundamento ut effectus à causa pendentes, *ἑαυθῶπης* Voluntate & Oeconomîâ retractæ & in actu primo detentæ sunt: ceu ex eo apparet, quod vel in ipso humiliationis statu radios exercitii emisit, quo, actus secundi, sensu voces *κενός* & *κενώσας* passim in Scriptura adhibentur. Conf. 1. Cor. 15, 10. 14. 1. Thes. 2, 1.

§. LVII. Humiliationem excipit Exaltatio, quæ h. l. non est intima, unio personalis, & Communicatio Idiomatum; sed extima, communicatâ Majestatis post depositam formam servi plenaria usurpatio, quam quidem sibi morte non promeruerat, utpote propter nos exinanitus; sed quæ ex communicatione illa ipsi communis, estq; facta, ut acquisita salus nobis applicaretur.

§. LVIII. Ita autem intelligenda est exaltationis doctrina, ne negetur naturæ assumptæ essentia & veritas: fuerunt enim, sicut supra vidimus, qui compossibilitatem Exaltationis & Corporis humani præfractè sustollere annisi sunt, *σὺν τῷ ὡσὺ ἰσώμαθον*

ἀσώματον venditarunt, & ἀνεπίδεικτον τῶν φυσικῶν ἢ ἀδιαβλή-  
των παθῶν Ecclesiaz obruserunt; quos omnes Hieronym. ad  
Pammach. resurrectionis veritate catholicâ, quæ sine carne & ossi-  
bus, sine sanguine & membris intelligi non possit, fundamenti-  
ter refutat.

§. LIX. Quo benè intellecto, uti tres exinanitionis gradus,  
de quo supra dictum, optimè constitui possunt; Humilis in  
stabulo nativitas, Vita variis ærumnis afflicta, & acerbissimum  
cruciatuum ac mortis genus; Sic jam contemplatione trium ex-  
altationis, quorum primus, præviâ vivificatione per se ipsum,  
Descensu ad inferos; Secundus Resurrectione ex mortuis; Ter-  
tius Adscensione in cœlos ad sessionem à dextris DEI, i. e. ad  
statum Majestatis infinitum describitur, Concludimus; non quasi  
qualicumque hæc ex Scriptura articuli maximè ardui *representatione*  
piæ antiquitati conformi omnem mysterii hujus imperscrutabilis  
profunditatem comprehendissem, assequutus essem, & exhaustis-  
sem, sed curtam ingenii supellectilem juvenis agnoscens, æquiori  
jure ac modesta observantia, quam ingeniosi multi, ex 1. Tim. 3, 16.  
suspiro ὁμολογῶ μὴ ὡς μέγα ὄντι τὸ εὐσεβείας μυστήριον. ΘΕΟΣ  
ἐφανερῶς ἐν Σαρρῇ & cum Justino de expositione fidei veneror  
λόγον οἰκονομίας ἀρήρητον. Non tamen subterfugiemus ad qua-  
estiones hunc articulum magis elucidantes, in The-  
sibus non tactas, favorabili DEI Clemen-  
tiâ, in ipso conflictu pro virili  
respondere.



*Ignat. in Epist. ad Philipp.*

Ὁ λόγος σαφὲς ἐγγεῖτο, ὁ ἀσώματος ἐν Σώματι; ὁ ἀ-  
θάνατος ἐν θνητῷ Σώματι, ἡ ζωὴ ἐν φθορᾷ, ὅπως  
θανάτου καὶ φθορᾶς ἐλάβητέρας ἡμεῖς,

*Damas.*

Damasc. l. 4. de orth.  
fide.

Εὐχα ὡ χεῖρὲ τί σοι ἴτων ἀπάντων, οἱ ἄποσι ἡμεῖς ἀσ-  
ληδοίμηλο, σὸν γὰρ ἀπαντα, καὶ αἰθεῖς παρ' ἡμῶν ἔδεν,  
ἢ τὸ ἑλθεσθαι, αὐτὸς καὶ ἴστο διδως, καὶ λαμβάνουσι χάρι-  
σιν ἰδως, δι' ἄφατον ἀγαθότητα. Σοὶ χάρις τὰ τὸ εἶναι δε-  
δωθέν, καὶ τὸ εἶναι χαροποιήσῃ, καὶ ἴστα παρο-  
πισίντας, αὐτὸς ἰθαυαγαγίνῃ πρὸς ἴστο,  
ἀλλὰ τὸ ἀφάτε συγκάτα.  
ἑάστας.









tione sui influxus, non nisi per  
causam principalem: Nam pro  
dicitur causa efficiens principali  
influxu & intentione directâ; n  
rùm reprobatur, in cujus gratian  
tari studerem. Præterea instru  
manitas Christi verò est princip  
divinarum, adeoq; causa princi

§. XL I. Itaque non adm  
abstracto sit, si non causa instr  
Instrumenta enim sunt se junct  
agere, nisi elevata à principali, s  
tiones, sunt denique passiva; q  
stum applicari potest, ut de prin  
batur: Habet enim unam cu  
tem voluntati Patris in omnibu  
ram activitatem exercet, secund  
datam; neque largiri possum,  
strumentalem se gerere, quod p  
effectum, quàm ad illum produ  
tendunt; influit enim per virtu  
tati essentialis non sit, est tan  
essentialis.

§. XL II. His succedunt  
naturarum in supposito, quibus  
tera sufficit; nimirum illa ope  
concernunt, per quod divina  
cui negotio expediendo iterum  
legentes ablego. Verùm ne  
passionem esse actionem & sati  
humanitatem patièdo agere,  
mori, Sangvinem fundere, p  
crucem suscipere, Sangvinem v  
re, in genere motum mera est a  
hanc affectionem Gal. 1, 4. Ep

DEO

Intrinsicam operari  
: principium; neque  
insecâ talis, sed ab  
ciâ confirmatur, ve  
ent poni, nisi brevi  
incipium Quo; Hu  
manum operationum

la humana natura in  
tim instrumentum:  
causa, nec possunt  
ia ad edendas opera  
membrum ad Chri  
n, de postremo pro  
tatem h. e. volunta  
tm, juxta quam me  
n ipsi in cælo & terra  
in eo ut causam in  
gnobiliori influat in  
ratur, ceu multi con  
, quæ licet humani  
cata, & ita personæ

sive communicatio  
eutra natura sine al  
fficium mediatorium  
, humana patièdo:  
superius adductum  
rejiçatur *μεσοδοξον*  
o peccatis nostris, sive  
ad ita expono: Pati  
gere; interim spontè  
dere, animam pone  
na activitas. Conf. ad  
*συνεργια* & operatio  
actus

